

ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum. Quibus omnibus in assecutione dicte prepositure te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem dignitatum, personatum, officiorum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si venerabili fratri nostro .. archiepiscopo Maguntino et dilectis filiis capitulo eiusdem ecclesie comuniter vel divisim a prefata sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur et ad id compelli non possint quodque de dignitatibus, personatibus vel officiis eiusdem ecclesie vel beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem, provisionem vel quamcumque aliam dispositionem coniunctim vel separatim^f spectantibus nulli valeat provideri per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non expressam vel totaliter non insertam effectus huiusmodi gratie inpediri valeat quomodolibet vel differri et de qua cuiusque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis, seu si presens non fueris ad prestandum de observandis statutis et consuetudinibus eiusdem ecclesie in Northusen ratione prepositure predicte solitum iuramentum dummodo in absentia tua procuratorem idoneum^g et, cum ad ecclesiam ipsam accesseris, corporaliter illud prestes.

Nulli ergo et cetera nostre collationis, provisionis et constitutionis infringere et^h cetera^h.

Datum Avinione Nonas Septembris anno tercio.

I b

(Papst Johannes XXII.) bestellt Bischof (Albrecht) von Halberstadt, Bertrand von St-Geniès und Heyso von Schönberg zu Exekutoren der vorstehenden Pfründenübertragung.

(Avignon, 1318 September 5).

Überlieferung wie bei Dok. I a.

Regest: Reg. Joh. XXII, Mollat 8393.

In eundem modum venerabili fratri .. episcopo Halberstadensi³ et dilectis filiis magistro Bertrando de Sancto Genesio⁴, Engolismensis, ac Heysony

f) fehlt V.

g) ydoneum V.

h-h) fehlt A.

³) Albrecht von Anhalt, Bischof von Halberstadt (1304–1324).

⁴) Bertrand von St-Geniès, Kanoniker von Angoulême, Patriarch von Aquileia (1334–1350).